

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia u  
cum fonte primo

In amicis non res queritur sed uoluntas  
quia et alterum ab amicis sepe prebetur,  
alterum sola caritas tribuit.

habeo itaque gratiam et  
in acceptum refero;  
in amicis enim non res quaeritur, sed uoluntas,  
quia alterum ab inimicis saepe praebetur,  
alterum sola caritas tribuit.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 68.1  
(CSEL 54, I. Hilberg ed., p.675, ll.7-10).

Eadem uelle et eadem nolle  
firma amicitia est.

saecularis quoque sententia est:  
eadem uelle et eadem nolle,  
ea demum  
firma amicitia est  
(Sallustius, *De coniuratione Catilinae*, 20.3).

Ieronymus ad Demetriadem uirginem.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 130.12  
(CSEL 56, I. Hilberg ed., p.192, ll.3-5).